



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Lvcae Pinelli, Societatis Iesv Meditationes De  
Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, Et præparatione ad  
sacram communionem**

**Pinelli, Luca**

**Coloniæ Agrippinæ, 1603**

Historia De Fvga in Ægyptum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59560)

HISTORIA DE FUGA IN  
Ægyptum.

a *Matt. c. 2.* & a *Luc. c. 2.* **C**um fama de nato puero IESU indirabatur, tum à Pastoribus de reuelatione ab Angelo ipsis facta, tum à Magis de apparitione nouæ stellæ, ac deniq; ob ea, quæ à sene Simeone & Anna dicta erant in templo. b *Herodes*, vt tyrannus, veniens in suspicionem & metum amittendi regni (maximè postquam Magi Hierosolymis confessi essent se querere regem Iudæorum recens natum) mādauit omnes infantes occidi in Bethleem, cogitans sic occisurum quoq; se CHRISTVM. Verum Deus per angelū monuit Ioseph, vt cū puero & Maria eius matre fugeret in Ægyptū. Quod Ioseph diligēter executus est. Fuit hoc iter longè molestius alijs, eo quod ex improviso ad externas & barbaras gentes defugiendum esset. *Anselmus* & *Nicetas* scribunt ad ingressum Chanaan in Ægyptum trepidasse dæmones, & idola corruisse, eò quòd in veri Dei præsentia consistere nequirent.

**PVNCTA MEDITATIONIS.**  
 19. *Can. de B. Mar. lib. 2. c. 6.* **C**ONSIDERA, quomodo Maria ad Iherosolymas fugerat, quomodo Ioseph ad Ægyptum, quomodo Ioseph querere regem Iudæorum recens natum, quomodo Ioseph occidi in Bethleem, quomodo Ioseph occisurum quoq; se CHRISTVM, quomodo Deus per angelū monuit Ioseph, vt cū puero & Maria eius matre fugeret in Ægyptū, quomodo Ioseph diligēter executus est, quomodo hoc iter longè molestius alijs, eo quod ex improviso ad externas & barbaras gentes defugiendum esset, quomodo Anselmus & Nicetas scribunt ad ingressum Chanaan in Ægyptum trepidasse dæmones, & idola corruisse, eò quòd in veri Dei præsentia consistere nequirent.



MEDITATIONES. 249

deserere patriam, & suos, ac fugere in Ægyptum, cum Deus pro nostra instructione ita ordinasset.

2. Contemplare, quanta perpeffa sit virgo in itinere tam longo & aspero, quãtusq; dolor animam eius torserit, cum videret pati quoque puerulum: nec enim poterant sibi prospicere de necessarijs, quando quidem subito & intempeffa nocte fuga elabendum erat.

3. Contemplare, quomodo MARIA, neque murmuret ob crudelitatem Herodis, neque conqueratur de Deo, quod nõ alia via periculo puerulum liberet, sed omnia in bonam interpretatur partem,

DOCUMENTA.

1. Si tribulatio utilis non esset, Deus etiam non permisisset in filio suo, & Maria, quos tantopere amabat

2. Fili, si in hac vita pati non vis & cogitas gaudere in altera, te ipsũ decipis quia vis melior esse Maria, & Christo Domino tuo.

3. Si in aduersitatibus conqueraris, & murmuras, erras: nam demonstras tibi displicere, quod Deo placet, & tua utilitatis causa permittis.